

10/02
alterius religionis infra tempus probationis in illa professione facta
inde presumpserint resilire apostatas quoque vestri ordinis exco-
municare: capere: ligare: incarcerare: et alias subdere discipline
rigori positus per vos ac etiam alios in quocumque habitu eos corri-
git inueniri: inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secu-
laris inhibemus etiam ne fratres quos ab ordine vestro pro suis
culpis per generalem seu prouincialem ministrum aut custodes ex-
pelli contigerit vel qui egressi fuerint proprio suo motu predicare:
confessiones audire seu docere presumant: nisi ad alium ordinem in
quo licite huiusmodi exercentur officia: transierint de vestra vel
dictorum ministrorum licentia speciali Quod si forte ipsi contra huius-
modi inhibitionem vestram aliquid super premissis temere attemptare pre-
sumserint ministri ac custodes et eorum vicarij in illos quos infra fines
suarum prouinciarum et custodiarum iuxta consuetudinem ordinis vestri
districtus inuenerint talia presumptas monitione premissa auctoritate
vestra excoicationis sententiam valeant promulgare. Eiectos autem de
ordine vestro vel egressos qui a receptione in eodem ordine suis cul-
pis exigentibus reddiderint se indignos: et alios fratres eiusdem
ordinis ex rationabili causa ad quoscumque ordines approbatos propter
ad beati augustini templariorum hospitaliariorum et aliorum religiosorum arma
portantium ad vitandum occasionem euagandi generales et prouincia-
les ministri cum suis testimonialibus litteris auctoritate vestra licenciandi
liberam habeant facultatem Nos enim districtius inhibemus ne tales ad
alium ordinem aliter transire vel aliqui eos recipere seu retinere pre-
sumant absque licencia speciali sedis apostolice faciente de hoc plena-
riam mentionem. Inhibemus etiam ut nulli siue extra ordinem constituto
habitu: aut ita similes quod preter eum fratrem minor credi possit defer-
re liceat absque mandato sedis apostolice speciali. Et ut dicta inhibitio
maioris consequatur effectum statuimus ut hi: qui habitum vestrum vel sibi
predicto modo consilium deferre presumpserint ad deponendum ipsum
per diocesanos locorum cum a vobis requisiti fuerint monitione premissa
vel censura ecclesiastica appellacione postposita compellantur Letet
cum humilitas vestra sibi de latitudine orbis terre nihil preter domos et
ortos cum vigultis premium obtentu celestium duxerit reseruandum:
nos pie volentes quod illorum fructus integre vestre paupertatis
usibus applicentur ut de dictis ortis vigultis vestris nulli decimas
teneamini exhibere vobis auctoritate presentium indulgemus distri-
ctius inhibentes: ne quis a vobis de premissis aliquid exigere vel
extorquere presumat Quia vero nonnulli vestre religionis habitum
assumetes diuersis personis qui sciri et inueniri non possunt interdum
aliqua bona restituere teneantur vobis ministro et custodibus ac

De apostat.

Nullus potest
habitum ordinis
deferre nisi fra-
ter ordinis.

fratres non solu-
unt decimas
de suis presis
dijs.

B i